בֵּן סִירָא

SENTENTIAE

MORALES BEN SYRAE,

VETVSTISSIMI AVTHORIS HEbræi, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuisse creditur, cum succincto commentario.

TOBIAS HEBRAICE VT IS

ADHVC HODIE APVD IVDAEOS INVENItur, omnia ex hebræo in Latinum translata, in gratiam studiosorum linguæ sanctæ, per PAVLVM FAGIVM.

ISNAE. M. D. XXXXII.

הועתק והוכנס לאינטרנט
www.hebrewbooks.org
ע"י חיים תשע"א

GASBARI HELDELINO LI-

TERARIAE PVBIS APVD LINDA-
uium moderatori doctiſsimo,
PAVLVS FA-
GIVS. S. D.

QVandóquidem in hoc maxime laboro, chariſsime גזבר Heldeline, ut ex ſcriptis hebræorū, non tam quæ ad linguam diſcendam, quàm quæ ad pietatem colendam, uitam inſtituendam, moreſq; formandos, (qui certe omnium ſtudiorum noſtrorum finis eſſe debet) faciunt, eruam, ac in lucem proferam: uiſi ſunt ad hoc inſtitutū nō inepti eſſe libelli, Tobias hebraice, atq; Ben Syra cum ſententijs ſuis moralibus, ordine alphabetico ab illo cōſcriptis, qui ab Hebræis inter priſcos ſapientes numeratur, & nepos Hieremiæ prophetæ fuiſſe putatur. Vt enim olim apud Græcos philoſophi, quod uitam hominum inſtituerent, oratoribus præferebantur, ita & in lingua ſancta eos authores pręcipuo loco habendos cenſeo, qui non tam linguæ quàm uitæ recte inſtituendæ præcepta tradunt. Ex quibus etiam cognoſcere licet, ueſtigia ſapientiæ ueteris populi Iudaici, qua à Deo Opt. Max. præ omnibus terræ populis pręditus fuit, atteſtante hoc ipſum & ſacra ſcriptura, Deut. 4. כי היא חכמתכם ובינתכם לעיני העמים אשר ישמעו את כל החקים האלה ואמרו רק עם חכם ונבון הגוי הגדול הזה וגומר Id eſt. Hæc enim eſt ſapiētia & intelligentia ueſtra, coram populis, ut audiant omnia iſta ſtatuta & dicant: utiq; populus ille ſapiens & intelligens eſt, &c. Quod autem mi amantiſsime Heldeline, hoc nouum opuſculum, tibi magis quàm alijs dedicare placuit, duæ adhoc me potiſsimum mouerunt cauſæ. Prima, quod uideo, doctos

הועתק והוכנס לאינטרנט
www.hebrewbooks.org
ע"י חיים תשע"א

doctos quosdam in ea esse sentẽtia, sanctam linguam prouectiori demum ætate, atque post plenam omnium aliarum artium & linguarũ perceptionẽ, addiscendam esse. Quod si uerũ est, profecto Heldelinus noster iam multis nominibus dignus est, qui in sanctæ linguæ penetralia, quam dudum delibare cepit, altius & penitius ingrediatur: ut qui ob accedentẽ ætatem senilẽ, indies nobis magis atque magis uenerandus apparet. Quique in cæteris melioribus artibus & linguis cyclopediã pulchre absoluerit, ut iã merito rude donandus, si non quicquid superest temporis uitæ, in sacra lingua consumere mallet, ad quam uideo hominem diuino quodam entusiasmo cœlitus rapi. Altera, quod meis lucubratiũculis ac laboribus, tales patronos quæro & cupio, qui non tantum eos à maleuolorum linguis uindicẽt, sed & qui sua opera sanctam linguam hebræam, apud studiosus eius promoueant, mecumque pomeria eius ampliare studeant. Ad quam rem sane quis magis appositus Heldelino nostro, ut qui iam annis aliquot, Scholæ Lindauiensi, magna cum celebritate & laude suorum etiam conciuium præest. Eoque iuuentutem suæ disciplinæ cõcreditam, in hebræa etiam lingua, magna cum ingenij fœlicitate, pulchre erudire potest. Vt enim iuuenilibus etiã animis amor literarum hebraicarum sensim instilletur, ad id magnum habere momentũ puto, ut cũ tempore sacras literas, ipsamque theologiam, minus fastidiant, pietatisque studium magis colant, ad quæ, hebræam linguam plus alijs conferre nemo facile inficiabitur. Tu itaque mi uenerãde Heldeline, nouos istos libellos hebraicos, grata manu suscipe, utere, et fruere, sic tamen ut memor sis dicti illius prophetici. והמשכילים יזהירו כזהר הרקיע ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד id est. Et qui alios erudiunt, fulgebũt sicut splendor firmamenti, & qui multos ad iustitiam conuertunt, (erunt) sicut stellæ in sęculum & in perpetuum. Vt inde admonitus sic

te geras, ut quod lingua germanica Höld, belle cognominaris, in sancta quoque lingua, cuius ob intellectã eius utilitatẽ, uerus es & admirator & amator, hebraicè שׁילה uere dicaris. Porrò non subterfugi eum laborẽ, ut hebręis puncta adiicerem, in gratiam eorum qui in hebraismo nõ
sunt admodum exercitati, quo isto pacto hebræa
facilius legant & intelligant, lectaque & intel-
lecta illis eo sint iucundiora. Et ut ita
ex punctatis non punctata lege-
re paulatim asuescant.

VALE.

בשם אלהא רבא ויקירא · אכתוב אלפא ביתא דבן סירא ׃

א אוקיר לאסיא עד דלא תצטריך ליה

ב בר דלא בר שבקיה על אפי מיא וישוט

ג גרמא דנפיל בחולקך גרריה

ד דהבא צריך לחמצאה ועולימה לאלקאה

ה הוי טוב וחולקך מן טבתא לא תמנע

ו ווי ליה לבישא ווי להון לדבוקיהון

ז זרוק לחמך על אפי מיא וביבשתא ואת משכח ליה
בסוף יומיא

ח חזית חמר לא אוכם ולא חיור

ט טוב לביש לא תעביד ובישא לא מטי לך

י ידך מן טבתא לא תמנע

כ כלתא עלתא לגננא ולא ידעה מה מטי לה

ל לחכימא ברמיזא ולשטיא בכרמזא

מ מוקיר מבסרוהי דאמי לחמרא

נ נור דליק מוקיד גדישין סגיאין

ס סבא בביתא סימנא טבא בביתא

ע ערבא טבא מאה צפרין ובישא אלף אלפין

פ פתורא פריש מחלוקת בסתלקה

צ צריך למיסב ולמיתן יהא חולקך עם טבין

ק קריבא סחורתא אכלתיה מאריה ורחיקה אכל וגום

ר רחימא קדמאה לית את כפר ביה

ש שיתין מליכין יהון לך ומליכות נפשך לא תשכוח

ת תתיהב לך יד כי הות שביעה ולא דהות כפינאה

I אוקיר לאסיא עד דלא תצטריך ליה ׃

Honora medicum antequàm eo opus habeas.

פירוש

לעולם יקדים אדם תפלה לצרה שאלמלא אברהם אבינו
לא הקדים תפלתו לצרה לא בשתייר משונאיהם של ישרא
שריד ופליט בימי יהושע בן נון ׃ ואימתי הקדים אברהם
אבינו תפלה לצרה כיון שנפטר מבית אבותיו שנאמר
וילך למסעיו מנגב ועד בית אל ׃ ואיזו קריאה שקרא
אברהם אמר יוסף בן עוזיאל היה יודע אברהם אבינו מה
מעשה עכן שהיה עתיד לעשות וראה בנבואתו שלא
ישתייר משונאיהם של ישראל עד אחד לפיכך קרא בשם
יהוה ואמר רבון העולמים עכני ׃ ומה נחור והרן שלא
ידעו שמך ולא הלכו באורחותיך מעולם ולא נפרדו מ
מבית אבותיו והרי בניהם ובני בניהם יחיו ויירשו ארץ ׃
ואני שנפרדתי מבית אבי ולא עברתי על צוויך והרי בני
נתחייבו כליה אמר לו הקדוש ברוך הוא בני כבר נגזרה
גזירה על בניך שלא יותר מהם אלא אחד בלבד ושמו
יאיר בן מנשה וארכה את זרעו זרע יעקב ועכשו שהקדמת
תפלה לצרה לפני לא יהרג מהם אלא יאיר בן מנשה
בלבד כדי שלא ישמר ישראל מיד ויסע אברם הלוך ו
ונסוע הנגבה לפיכך לא נהרג מישראל בין בית אל ובין
העי ׃ במקום שהקדים אברהם תפלה לצרה אלא יאיר
בן מנשה בלבד שנאמר ויכו מהם אנשי העי כשלשים
וששה איש וראוי לפסוק לומר שלשים וששה איש אלא

מהו

מהו כשלשים וששה איש זה יאיר בן מנשה ששקול כ
בשלשים וששה של סנהדרין ׃ לפיכך כשראו ישראל
שנהרג יאיר בן מנשה נזדעזעו ונפלו על פניהם ואמרו
אוי לנו שלא היה בישראל כמוהו ׃ אוי לנו מה תהא
עלינו מיד וימס לבב העם ויהי למים ׃ ולכך יקדים אדם
תפלה לצרה ׃ ואת לרופא שגר לו דורון וכיון שתבא
לידי חולי יזכור טובותיך וירצה לבקרך. והיינו דאמר בן
סירא אוקיר לאסיא עד דלא תצטריך ליה ׃

EXPOSITIO.

SEmper anteuertat homo oratione sua tribulationem, Nisi enim Abraham pater noster anteuertisset oratione sua afflictionem, non relictus fuisset ab hostibus Israël, uel unus, qui euasisset in diebus Iehosuah filij Nun. Quod si rogas, quando Abrahã prius orauerit quàm uenerit calamitas, scias hoc tum factum esse, quando deseruit patrios lares, iuxta id quod dicit scriptura. Et profectus est cum turmis suis à meridie usq; in Bethel. *Gene. 13.* Quod si iterum rogas, quænam sit oratio, qua inuocarit Deum, respondet Ioseph filius Vzielis adhũc modum. Sciebat Abraham pater noster factum Achan quod tandem perpetraturus erat. Vidit in prophetia sua, quod nõ relicturi essent hostes Israëlis, uel unum, ob id inuocauit dominum dicens. Domine sæculorum responde mihi. Quid sunt Nahor & Haran? Non cognouerunt nomen tuum neq; ambulauerunt in uijs tuis unquàm, neque deseruerunt domum paternam, nihilominus tamen filij atq; nepotes eorum uiuẽt atq; possidebunt terram. Ego uero qui deserui domum patris mei, neq; transgessus sum mandata tua, en futurũ est, ut filij mei rei fiãt exterminij. Respõdit ei Deus sanctus benedictus, mi fili, iamdudum diuinitus statutum est de filijs tuis, ut ex

eis nō niſi unus tantum reſiduus maneat, nempe Iair filius Menaſſe, cuius ſemen multiplicabo inſtar ſemen Iacob. Modo autem quia anteuertiſti oratione tua iſtam afflictio nem in conſpectu meo, non inter ficietur ex eis niſi Iair filius Menaſſe ſolum, ut nō deleatur Iſraël. Quo audito Abrahā, ſtatim profectus eſt meridiē uerſus, atq; hinc factū eſt, ut nemo ex Iſraël occiſus fuerit inter Bethel & Hai, in loco ſcilicet ubi Abraham orationē fudit, anteq; immineret calamitas, præter Iair filium Menaſſe, id quod patet

Ioſue.7. ex eo quod dicitur. Et percuſſerunt ex eis uiri Hai circiter 36. uiros, ubi in textu dicēdum erat: Triginta & ſex uiros, quid ergo ſibi uult quod dicitur circiter. 36. uiros, per hoc inquàm innuit Iair filius Menaſſe, qui adæquatus fuit iudicibus, quos Sanhedrin uocant. Proinde cum uidiſſent filij Iſraël interfectum eſſe Iair filium Menaſſe, perterriti prociderunt in faciem, dicentes uæ nobis, non enim fuit ſimilis ei in Iſraël, uæ nobis, quid fiet nobiſcum. Illico lique factum eſt cor populi, & factum eſt tanquàm aqua. Hinc ergo diſcat homo, ut orationem pręmittat tribulationi. Inſuper & medico munera mitte, quo cum in morbum incideris, memor tui officij, eo beneuolētior ſit ad inuiſendū te, atq; hoc ſibi uult Ben Syra cum dicit, Honora medicū antequàm eo indigeas.

11 בר דלאבר שבקיה על אפי מיא וישוט

Filium qui non eſt filius relinque in ſuperficie aquarum ut natet.

פירוש

לעולם הוי מיסר את בנך יותר מדאי והלקה אותו ואם תראה שלא יועיל בו הלקאה עזוב אותו ואם הוא רודת אותך הוצא אותו לסקלו ואם אין אתה יכול לעשותו בן סורר

סורר ומורה דרוש אותו לבהר ופרנס את הדגים דברי ע
עוזיאל בנו של בן סירא ׳ אבל יוכת בן עוזיאל אומר
וכי אפשר לו לאדם להרוג את בנו אלא כיצד יעשה מי
שיש לו בן שאינו הגון יעזוב אותו ואם ראהו שנפל לבור
לא יוציאנו אלא יטביענו ואחר כך יבכנו ויתאבל עליו ׳
כמו שעשה דוד שבכל זמן שרדפו אבשלום עזבו עד ש
שענשו הקדוש ברוך הוא לאבשלום והוחזק ראשו באלה
ואת דוד לא פלטהו אלא שלח מי שהרגו ׳ ואחר כך בכה
אותו והתאבל עליו כדי שלא יראו בני אדם שהוא יצא
להורגו ׳ ובן סורר כדברי יוכת בן עוזיאל בבדו ׳ והיינו
דאמר בן סירא בר דלא בר שבקיה על אפי מיא וישוט ׃

EXPOSITIO.

Perpetuo caſtiga filium tuum, pluſquàm ſatis ſit, & uerbera eum. Quod ſi uideris nihil in eo ꝓficere uerbera, deſere eum. Et ſi te perſequitur, educ eum ut lapidibus adobruatur. Quod ſi non potes efficere ut tanquàm rebellis & inobediens iure puniat̃, proijcito eum in flumẽ, ut eſca piſcibus fiat: ſic monet Vziel filius Ben Syra. Cæterũ Ioſeph filius Vzielis dicit. Nunquid poſsibile eſt homini occidere filium ſuum, quid ergo faciat cui filius eſt immorigerus: deſerat ſcilicet eum. Et ſi uiderit eum incidere in lacũ, non extrahat eum, quin potius ſuffocet eum, atq; deinceps defleat ac lugeat eum: ſicut Dauid fecit, qui toto tempore quo perſequebatur eum Abſolon, deſeruit eũ, donec Deus in eum animaduertens, in quercu ſuſpendio perijt, quem Dauid adeo non eripuit, ut mitteret qui interficeret eum. Dein uero fleuit ac luxit eum, ut non uiderent homines quod ipſe egreſſus eſſet ad occidendum eum. Atq; hoc ſibi vult filius Syræ cum dicit. Filius qui non eſt filius, &c.

ג גרמא דנפיל בחולקך גרריה ׃

III Os quod ſorte tibi contigit, rodito.

פירוש

לעולם לא תשא אשה אלא מיוחסת ואפילו אתה מוצא אותה ערומה ולא תשא אשה שאינה הגונה לך · ואפילו היא לובשת כלי כסף וכלי זהב שכל הנושא אשה לשום ממון ירח נכנס וירח יצא והממון כלה · שנאמר בה' בגדו כי בנים זרים ילדו עתה יאכלם חדש את חלקיהם שמא תאמר שהנושא אשה לשום ממון אינו חוטא כבר נאמר ביהודה בגדו · ושמא תאמר בנים שיוצאים ממנה מיוחסין הם ויקנה נכסים הרבה כבר נאמר עתה יאכלם חדש את חלקיהם · ושמא תאמר זמן מרובה יאכלם הרי כבר נאמר חדש · ושמא תאמר נכסיה יאבד הקדוש ברוך הוא ולא נכסיו הרי כבר נאמר חלקיהם ולא עוד אלא כל הנושא אשה לשם ממון אינו רואה יום טוב עמה ואם אינו יכול לישא אשה מיוחסת ישא משוחררת לפי שהוא במזלו את על פי שהיא קשה לו יותר מאיזבל ל לאחאב ואשתו של קרח שאבדו את בעליהן · ואם לא יגרש אותה יפה עשה לפי שבשבילה אין מכביכין אותו לדין שהרי שנינו ארבע אין נכנסין לדין ואלו הן דקדוקי עביות · וחולי מעים והרשות ומי שיש לו אשה רעה ואינו מגרשה ואם גירשה לא עשה יפה שאין שעה משחקת לו אחריה ולא עוד אלא שהעולם מחשיך לו כשהוא מגרשה · והיינו דאמר בן סירא גרמא דנפיל בחולקך בין עבא או ביש גרריה ׃

Expoſitio

EXPOSITIO.

NVnquàm uxorem ducas nisi è bona familia natam, nihil morãs etiamsi ea paupercula sit. Neq; unquàm uxorem ducas, quæ non conuenit tibi, tametsi argento & auro uestita sit. Quisquis enim uxorem ducit propter diuitias, non diu illis fruetur, sed progressu temporis sensim instar emergentis atq; iterum occidentis lunæ euanescent, teste scriptura. Filios alienos genuerunt, nunc mensis deuorabit eos atq; agros eorum. Hoseæ.5. Quod si forte dixeris, non peccare eum, qui uxorem ducit ob diuitias: attende quod dicitur, In dominũ præuaricati sunt. Et si denuo obijcias, filij qui ex ea procreantur nobiles sunt, unde qui talẽ ducit, diuitias multas comparabit, obserua quod scriptura dicit. Nunc mensis deuorabit eos atq; agros eorum. Quod si dicas hoc non futurũ breui, sed post multũ temporis, considera quod dicitur, Mensis deuorabit eos. Iterũ si obijcias, Diuitias uxoris & non mariti perdet Dominus: expende quod dicitur, atq; agros eorum. Neq; hæc incommoda solum sectantur eum, uxorem quicunq; ducit pecuniæ causa, sed & nunquàm cum ea ullùm lætum diem aget. Quod si cui nõ datur uxorem ducere nobili genere natam, libertinam ducat, eò quod fata sic ordinarũt. Neq; curet etiamsi molestior ea fuerit, uel ipsa Izæbæl, uxore Achab, uel etiã uxore Korah, quæ perdiderunt maritos suos. Et si non repudiauerit eam, bene agit: quia propter eam, non reus fit iudicio: sic etenim legimus, Quatuor sunt hominũ genera quę non ueniunt in iudicium: Nempe, Qui extrema laborant paupertate. Qui patiuntur colicam passionem. Qui fungũtur magistratu. Et cui est mala uxor, nec repudiat eam. Hoc est quod dicit Ben Syra. Os quod cecidit in sorte tua, siue malum siue bonum fuerit, rode.

ד דַּהֲבָא צָרִיךְ לְקַמְצָאָה וְעוּלֵימָא לְאַלְקָאָה׃

Aurum indiget percuſsione, & puer uerberatione.

פירוש

לעולם הוי מיסר את בנך יותר מדאי , ולא תמנע
ממנו בכל יום הלקאה כדי שתהא יראתך עליו , מה
הזהב צריך הלקאה את הנער צריך הלקאה כדי שילמדנו
דברי תורה שהם דומים ללחם שנאמר כי לא רעב ללחם
ולא צמא למים כי אם לשמוע את דברי יי , ומה הזהב
אם תלקה אותו מצהיב יפה , את הנער אם תלקנו יפה
יצא יפה , לפיכך תלקה את בנך כדי שתהא יראתך עליו
שאלמלא לא היה שאול בן קיש מלקה את בניו בכל ש
שעה היה רדפהו יהונתן בנו , כשאמר לו בן נעות
המרדות , אלא מתוך שהיה אימתו של שאול עליו לא
רדפו לאביו , ומנין שהיה מלקה שאול ליהונתן בנו
שנאמר ויטל שאול את החנית עליו להכותו , וכתיב כי
מות תמות יהונתן ודוד המלך עליו השלום שלא היה
מיסר את בניו לא היה מלקה אותם לפיכך עמד אמנון
ושכב עם תמר אחותו , ולפיכך עמד אבשלום עליו
להרגו , ומנין שלא היה מיסר דוד לבנו דכתיב ולא
עצבו מימיו לאמר , ואת אברהם אבינו אם לא היה
מלקה את בניו ואת בני ביתו היה ישמעאל הורג אותו
כשגרשו מביתו והיה עבדיו הורגים אותו כשאמר להם
שבו לכם פה עם החמור הדומין לחמור , והיה יצחק
הורג לאביו כשנעקד על גבי המזבח , ואת אליעזר היה
מבטל שבועתו ואת בני הפלגשים היו הורגים אותו כ
כשגרשם מעל יצחק בנו , אלא שהיתה

יראתו

יראתו על כלם ، ומבין שהיתה יראתו על בניו ועל בני
ביתו שנאמר כי ידעתיו למען אשר יצוה את בניו ואת
ביתו וכולי ולפיכך תהא יראתך על בניך ולא תמנע מהם
הלקאה שנאמר אל תמנע מנער מוסר ، והיינו דאמר
בן סירא דהבא צריך לזמתאה ועולימא לאלקאה ׃

EXPOSITIO.

Nunquàm non castiga filium tuum plusquàm satis sit, neq intermittas quo minus cotidie eum uerberes, in eum scilicet finem, ut semper timeat te. Quo pacto se habet aurum: opus habet percussione, sic quoq & adolescẽs opus habet uerberibus, ut possis eum docere uerba legis, quæ comparantur pani, sicut patet ex isto loco scripturæ. Non famẽ panis, neq sitim aquarum, sed audiendi uerba dei. Est quoq & hoc ingeniũ auri, ut quo magis illud malleo diducendo percusseris, eò magis fulgeat: sic quoq se habet & adolescẽs, quo plus uerberaueris eum, eo fiet tractabilior. Proin uerberato filium tuum, ut timor eius à te nunquàm recedat. Nisi enim Saul nunquam non uerberibus castigasset filios suos, persecutus eum fuisset Ionathan filius eius, quando appellauit eum filium peruersæ matris, & reprobatæ ob rebellionem. Sed quia reueritus fuit patrem suum, ob id non persecutus fuit eum. Sed unde discimus quod Saul uerberauit Ionathan filium suum, ex eo nempe ubi dicitur. Et leuauit Saul lanceam contra eum ut percuteret eum. Ex eo itẽ quod scribitur. Quoniam morte moriaris Ionathan. Porro rex Dauid (super eũ sit pax) quia non castigauit filios suos, neq uerberauit eos, ob id surrexit Amnon & concubuit cum Thamar sorore sua, Hinc quoq & Absalon surrexit ad occidẽdum eum. Vnde item constat quod Dauid nõ castigauerit filium suum, ex eo nimirum quod scriptura dicit. Nec contristauit eum

Amos.7. *1.Sam.20.* *1.Sam.18.* *1.Sam.14.* *2.Sam.13.* *1.Reg.1.*

 pater

pater eius à diebus suis, ut diceret ad eum, cur sic fecisti, &c. Cęterũ & Abraham pater noster, si non castigauisset filios suos, Ismaël interfecisset eum, quando expulit eum domo sua. Similiter & serui eius, cum diceret ad eos, sedete hîc cũ asino, assimilando scilicet eos asino. Isaac quoq; occidisset patrem suum, quando in uictimam ligatus fuit super altare. Nec non & Eliæzer irritum fecisset iuramentũ suum. Insuper & filij concubinarum necassent eum, quando expulsi fuerunt à filio eius Isaaco, si nõ timorẽ habuissent erga eum. Quod si de timore filiorum ac domesticorum eius erga eum certi esse cupimus, ex eo id liquido patet, quod

Gene.18. scriptura dicit. Hoc quoq; scio quod præcepturus sit filijs suis & domui suæ, &c. Da ergo operam ut reuereantur te filij tui, neq; parcas uerberibus: Sicut monet Salomo. Non

Prouerb.2. prohibeas à puero castigationem. Hoc sibi vult Ben Syra hac sententia, Aurum indiget percussione, & puer uerberatione.

ה הוי טב וידך מן טבתא לא תמנע :

V Esto bonus, & manũ tuam à bono haud abstrahas.

פירוש

לעולם הוי ירא שמים בסתר ואל תהי בו בעיני אחרים שכבי אדם ילעיגו ממך ויאמרו שוטה הוא שכך אמר שלמה אל תהי צדיק הרבה ׃ וכתיב אל תרשע הרבה שלא יאמרו לך רשע הוא ׃ אלא היה בינוני כמו שאול מלך ישראל ועליו נתקיימו שניהם ׃ כשעה שחמל על אגג י יצתה בת קול ואמרה לו אל תהי צדיק הרבה ׃ ובשהרג לנוב עיר הכהנים יצתה בת קול ואמרה לו אל תרשע הרבה ׃ וכיון שהסיר את האובות ואת הידעונים ענתה בת קול ואמרה לו אל תהי צדיק הרבה ׃ וכיון שהלך

לאשת

לאשת בעלת אוב לדרוש ענתה בת קול ואמרה לו אל ת
תרשע הרבה שמא בשביל שהיה בינוני לא היה צדיק הרי
כבר נאמר ולא היה איש מבני ישראל טוב ממנו וכתיב
בן שנה שאול במלכו והלא כבר היו לו בנים אלא בן
שנה כבן שנה שלא טעם טעם חטא מימיו ושתי שנים
מלך על ישראל כלומר ושתי שנים מלך בלא חטא והיינו
דאמר בן סירא הוי טב וחולקך מן טבתא לא תמנע ׃

EXPOSITIO.

SEmper Deum time in occulto, neque te ostentes in conspectu aliorum, ne forte subsannẽt te, atque te stultũ esse dicant. Sic enim inquit Salomo. Ne sis nimium iustus. Item, Ne inique agas multũ. Ne te nota impietatis homines insumulent, sed medium teneto. Exemplum cape à Saule rege Israël, qui utrunque uitium incurrit. Cum enim pepercisset regi Agag, uenit uox cœlitus & dixit ad eum. Ne sis nimium iustus. Cumque deuastasset Nob ciuitatem sacerdotum, similiter uox cœlitus lapsa est, dicens ad eum. Ne nimium impie agas. Sic quoque cum abstulisset Ariolos & augures, insonuit uox cœlestis, & dixit ad eũ. Ne sis nimiũ iustus. Cum item abiisset ad mulierem phytonissam, inquirendi causa, increbuit uox cœlestis dicens. Ne nimiũ impie agas. Sed obiiciat quis fortassis, ob id quod medium tenuit, non fuit iustus: contra hoc est quod dicit scriptura. Nec erat inter filios Israël melior illo. Item illud, Filius anni Saul in regãdo ipsum. Annõ illi iam filij erant? scias hoc schema, filius anni, idem ualere ac si dicatur, tanquàm filius anni, eò quod nullum adhuc peccatum designauerat à diebus suis. Quodque dicit duobus annis regnauit super Israël, hunc sensum habet, Duobus annis regnauit absque peccato: atque hoc innuit Ben Syra isto dicterio. Esto bonus, & manum tuam à bono nunquàm abstrahas.

Ecclesia.7.
1.Sam.15.
1.Sam.22.
1.Sam.28.
1.Sam.28.
1.Sam.9.
1.Sam.13.

הוי

ווי ליה לבישא ווי להון לדבוקיהו ו ד

VI Væ malo, & uę illis qui adhæreſcunt ei.

פירוש

לעולם אל תדור עם רשעים מפני שמרשיעין אותך ואם תתמה לך הסתכל ביפתח הגלעדי שהיה צדיק ודר בין שבט אפרים והיו מרשיעים אותו וראה שהיו שורפין את בניהם ואת בנותיהם לבעל ואף הוא עשה כן והלך והרג את בתו , ראה אותם שהיתה ביניהם שפיכות דמים ואת הוא עשה כן הלך והרג מהם ארבעים ושנים אלף , לפיכך נעשה רשע ולא זכה לקבורה וכיון שמת קברו אותו מיד מצאו את עצמותיו פזורות בכל מקום שנאמר ויקבר בערי גלעד , מלמד שנפזרו עצמותיו בכל ערי גלעד ובכל מקום שהיו רואין עצמותיו היו קוברים אותם וכי זה בלבד נענש בשכנים רעים , אלא אף נבות היזרעאלי נענש לפי שהיה אחאב רשע גמור והרג את שכנו והחטיא כל השומע קולו ועליו אמר בן סירא ווי ליה לבישא ווי ליה לדבוקיהו׃

EXPOSITIO.

NVnquàm cohabites impijs, eò quod fieri non poſsit, ut non ex illorum conuerſatione & tu impius euadas. Quod ſi miraris. Cōſidera quid acciderit Iiphtah Gileaditæ, qui licet iuſtus eſſet, tamen quia habitauit in tribu Ephraijm, & ipſe ab eis ad impietatem pertractus fuit. Cū enim uideret quod filios & filias ſuas idolo Baal in cultū combureret. Inde quoq; & ipſe abijt, ſimiliq; modo filiam

ſuam

ſuam occidit. Item cum uideret eos operam dare homicidijs, factus eſt & ipſe homicida, abiens & interficiens. 40. duo milia, ob quod facinus tanquàm impius punitus, non meruit ſepulturam, iuxta id quod dicitur. Et ſepultus eſt in ciuitatibus Gilead. Qui locus ſcripturæ docet, diſperſa fuiſſe oſſa eius in omnibus ciuitatibus Gilead. In quocunque enim loco uidebant oſſa eius, ſepeliebant ea. Neque hoc malum tantũ accidit ei, quin etiam punitus fuit malis uicinis. Simili modo & Naboth Iizræëlites, malum ob malã uiciniã ſuſtinuit, interfectus ſcilicet uineę cauſa, ab impijſsimo homine Achab: cui non ſatis fuit, ſuas manus tantum effuſione ſanguinis innocentis contaminare, ſed & omnes qui in iudicio uocem eius audiebant, crudeliſsimi ſceleris ſui participes faciebat. Huc reſpexit Ben Syra hoc dicto, Væ malo, &c. *Iudic. 12.*

ז זרוק לחמך על אפי מיא וביבשתא ואת משכח ליה בסוף יומיא ׃

Mitte panem tuum ſuper faciem aquarum, & ſuper aridam, & inuenies eum in fine dierum. VII

פירוש

לעולם יהי שולחנך פרוש לכל מי שיבא ותהא ראוי שתשרה שכינה עליך ואם תתמה הסתכל באותו זקן ש ששמו מיכה שאמרו עליו שהוא עובד עבודה זרה ובש ובשביל שהיה שולחנו לכל בני אדם זכה והחייהו הקדוש ברוך הוא כשיצאו ישרא׳ ממצרים לפי שכבר מת והחייהו משה ואת זכה לנבואה שנאמר ויהי דבר יי׳ אל הנביא אשר השיבו ׃ ואת לוט בשביל שהיה מקיים בו אשל

זכה לנבואה ונמלט מהפכת סדום · מאי אשל · סימן
אכילה שתיה לויה · ויש אומרים ללון לכל מי שיבא ׃

EXPOSITIO.

SEmper esto menſa tua parata cuiuis aduenie͂ti, quo dignus fias ut quieſcat ſuper te diuinitas. Quod ſi hoc tibi mirum uidetur, exemplum cape ab eo lene, cui nome͂ erat Micha: que͂ ferunt idololatram fuiſſe. Attamen quia menſa eius communis erat omnibus mortalibus, ea re meruit poſt mortem ſuam in uitam reuocari à deo, id quod tum accidit quando filij Iſraël egreſsi fuere ex Aegypto, quo tempore, ille iamdudum mortuus, per Moſen uitæ reſtitutus fuit. Quin & eadem de cauſa, afflatu prophetico dignus habitus fuit, id quod patet ex iſto loco ſcripturę. Et fuit uer-
1.Reg.13. bum domini ad prophetam qui reſtituerat eum. Simile͂ ob cauſam & Loth, quod huic uirtuti operam daret, plantando in huius uſum אשל id e͂ſt, nemus, meruit & ipſe ſpiritum propheticum, ſimulatq; ſubuerſionem Sodomiticam euadens. Cæterum uox אשל hæc tria ſignificat. א אכילה id eſt, cibus. ש שתייה id eſt, potus, & ל לויה .i. conductum, alij dicunt Lamed innuere ליגה לכל מי שיבא

חזית חמור אוכם לא אוכם ולא חיוור · ח

VIII Vidiſti aſinum rufum? nec rufum nec album.

פירוש

לעולם למד לשונך לומר איני יודע שמא תתודה ותאחז · אם יבא אדם ויאמר לך ראית אבידה פלוניתא אמור לו לא ראיתי את על פי שתראה אותה מפני הסכנה ההיא ·

מעשה באדם אחד שהיה עומד בדרך רשות הר רבים ובא לו גוי אחד ואמר לו ראית

נבאן

בכאן חמור אחד כלו לבן אמר לו ראיתי חמור כלו לבן
ואזניו שחורות · אמר לו הגוי באי זה הדרך הלך · אמר
לו בדרך פלוני הלך הגוי באותו הדרך ובקש ולא מצא
החמור · חזר הגוי אצלו ואמר לו לך עמי ונבקשנו
אני ואתה עד שנמצא אותו הלכו שניהם ולא מצאו ה
החמור · אמר לו תן לי החמור שלי שאתה גנבת
אותו מיד הלך לשלטון העיר ואמר לו זה גנב לי חמור
לבן ששוה מאה דינרין גבה ממנו והשלטון מאה דינרין
בשביל החמור · ועוד טען עליו בעל החמור ואמר
לשלטון טלית אחד היה לי על החמור ששוה חמשים ז
זהובים והיו צרורות בטלית מאתים דינרין · גבה ממנו
עד ארבע מאות דינרין · לפיכך אמר למד לשונך לומר
לא ידעתי שהוא שקול כזהב וככסף · ואמר עוזיאל אם
יודע אדם להפוך את דבריו מוטב ואם לא ישתוק ולפיכך
מנעו חכמים דבור הרבה דאמרו לא מצאתי לגוף טוב
משתיקה · ואין גוף אלא מי שיש בו שתיקה וכן כמו
שתקנו חכמים שתיקה בשביל החמור · כך תקנו על שור
ועל שה ועל שלמה על כל אבידה שבעולם · והיינו
דאמר בן סירא חדית חמר אוכם · לא אוכם ולא חיור ·

EXPOSITIO.

PEerpetuo doceas linguam tuam reſpondere, neſcio, Ne fortaſsis aliàs fatearis unde capiaris. Quare ſi ueneri ad te quiſpiam rogans: Annon uidiſti quod amiſi? Reſpondeas illi, nequaquàm uidi, tametſi uideris, idq; ad uitandũ periculũ. Exempli gratia, Accidit ſemel ut quidam ſtaret in uia publica, ad quem uenit homo quidam ethnicus dicens. Vidiſti ne hîc aſinum totum candidum? cui ille

respondit, uidi equidem asinum totum candidum cum nigris auriculis. Hoc audito, Ethnicus dixit, quam uiam ingressus est, respondit ille, hanc uiam, Mox secutus est Ethnicus, quærẽs asinum, quem cum non inuenisset, reuersus ad illum dixit, ueni mecum, ut una quæramus asinum, donec inueniamus eum. Qui cum ambo simul abijssent, nec inuenissent asinum, dixit Ethnicus ad alterum. Da mihi asinũ meum quem mihi furatus es. Statimq; accesit præfectũ urbis dicens. Hic furatus est mihi asinum candidum, atq; ita extorsit ab eo centum denarios, totidẽ item & præfectus. Nec eo contentus, adhuc alterius criminis eum accusauit, dicens ad præfectum, sibi quoq; abstulisse uestem impositam, ualentẽ quinquaginta aureos, in qua etiam ueste colligatos habuerit ducentos denarios, ad cuius accusationem, ille amplius multatus fuit quadringentis denarijs. Hinc postea natum est hoc dicteriũ. Doce linguam tuam loqui nescio, quod præferendũ est auro & argento. Inquit porrò Vziel, Si nouit homo tergiuersari uerbis suis, bene est, si non, taceat. Hinc sapientes prohibuerunt, ne quis multum loquatur, dicentes. Nihil utilius est corpori silentio, neq; corpus habere uidetur, qui tacere nescit. Et quemadmodum sapientes hanc parœmiam usurparũt de asino perdito, sic quoq; usurpari potest de boue, oue, ueste, aut quacunq; alia re perdita. Atq; in hũc usum dixit Ben Syra hoc prouerbium. Vidisti asinum rufum, &c.

ט טַב לְבִישָׁא לָא תַעֲבִיד וּבִישָׁא לָא מָטֵי לָךְ׃

VIIII Bonum malo ne facias, hinc malum non eueniet tibi.

פירוש

לְעוֹלָם כְּשֶׁתִּרְאֶה אָדָם רָשָׁע אַל תֵּלֵךְ עִמּוֹ בְּדֶרֶךְ אֶחָד וְאַל תעש

תעש לו טובה כלל ׳ שבשביל טובה שעשה יעקב לעשו
הרשע כששלח לו יעקב אותו הדורון ואמר לשלוחיו כה
תאמרון לאדוני לעשו כה אמר עבדך יעקב ׳ אמר לו
הקדוש ברוך הוא אני אמרתי ורב יעבוד צעיר ואתה
אמרת עבדך יעקב ועשית אותו אדון עליך אני אקיים את
דבריך ׳ והוא ימשול עליך בעולם הזה ואתה תמשול
בו לעולם הבא ׳ אמר יעקב לפניו רבונו של עולם גלוי
וידוע שמיראה עשיתי דבר זה אמר לו הקדוש ברוך הוא
אם כן חזור לך ואל תלך בדרך אחד עמו ׳ אמר לפניו
רבונו של עולם איני יכול להפרד ממנו מפני שאני מ
מתירא ממנו ׳ אמר לו הקדוש ברוך הוא ומה לוט
שצדיק גמור היה ועוסק בתורה אפילו הכי לא רצה
אברהם לילך עמו בדרך אחד אלא אמר לו אם השמאל
ואימינה ואם הימין ואשמאילה ׳ ועשו אחיך שהוא רשע
גמור לא תתפרד ממנו ׳ מה עשה יעקב הלך ונתפרד
ממנו שנאמר יעבור נא אדוני לפני עבדו ׳ וכתיב וישב
ביום ההוא עשו לדרכו שעירה וכתיב ויעקב נסע סוכותה
׳ היינו דאמר בן סירא טב לבישא לא תעביד ובישא לא
מטי לך׃

EXPOSITIO.

IN æternum cum uideris hominem impium, non ambu les cum eo in uia una, neque facias ei bonum omnino, Quod enim Iacob bonum fecit Esau impio, quando scilicet misit ei munera, & dixit ad nuncios. Sic dicatis domino meo Esau, sic dicit seruus tuus Iacob: ob id (inquàm) dixit ad illum Deus. Ego dixi, Maior seruiet minori. Tu autem dixisti, Seruus tuus Iacob: & cõstituisti eum domi-

num ſuper te. Ego confirmabo uerba tua, ut ipſe ſit dominus tuus in hoc ſæculo. Tu autem dominus ipſius in ſæculo futuro. Reſpondit Iacob coram Deo Domino mundi. Manifeſtũ & notũ eſt, quod ex metu fecerim rem iſtam. Ad quem iterum Deus dixit. Si ita eſt, uade, & uide ne ambules cum illo in uia una: ad quæ reſpondit Iacob coram Domino mundi. Non poſſum ſeparari ab eo, eò quod timeo mihi ab eo. Dixit ad illum Deus, (attende qualis uir fuerit) Loth, nempe totus iuſtus, & exercẽs ſe in lege, Attamen Abraham noluit cum eo conuerſari, ſed dixit ad eũ,
Gene. 13. Si ad ſiniſtram conceſſeris, ego ad dextram concedã, quod ſi ad dextram perrexeris ego ad ſiniſtram pergã. Ab Eſau uero qui totus impius eſt, non potes ſeparari? Quid fecit Iacob? abijt & ſeparauit ſe ab eo, iuxta id quod dicit̃. Tranſeat quæſo dominus meus ante ſeruũ ſuum, c&. Item, Re-
Gene. 33. uerſus eſt itaq; in die illa Eſau uerſus Seir. Iacob uero profectus eſt in Succoth. Atq; hoc ſibi vult Ben Syra cum dicit, Bonum malo ne facias, & malum non eueniet tibi.

י יְדָךְ מִן טִיבוּתָא לָא תִמְנַע ׃

X Manum tuam á bono ne abſtrahas.

פירוש

לְעוֹלָם לֹא תִמְנַע יָדְךָ מִלִּתֵּן פְּרוּטָה לְעָנִי וְאַל תַּעֲלֶה אָזְנְךָ מִשְּׁמוֹעַ זַעֲקָתוֹ וּתְחִנָּתוֹ שֶׁכָּל הַמּוֹנֵעַ יָדוֹ מִלִּיתֵּן פְּרוּטָה לְעָנִי אַף הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא יִמְנַע מִלִּיתֵּן לוֹ טוֹבָה ׃

וּמוֹרִיד אוֹתוֹ מִנְּכָסָיו וּמֵבִיא אוֹתוֹ לִידֵי עֲנִיּוּת מִפְּנֵי שֶׁהַנְּכָסִים דּוֹמִים לְזוּוּדִים מַה זּוּוּדִים הֵם גַּלְגַּל אַף הַנְּכָסִים גַּלְגַּל הֵם שֶׁחוֹזְרִים בָּעוֹלָם וְכָל הַמַּעֲלִים עֵינָיו מִזַּעֲקַת דַּל גַּם הוּא יִקְרָא וְלֹא יֵעָנֶה ׃ וְאִם נוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא נוֹתֵן לוֹ צְדָקָה שֶׁנֶּאֱמַר רוֹדֵף צְדָקָה וָחֶסֶד יִמְצָא חיים

חַיִּים צְדָקָה וְכָבוֹד ׃ וְלֹא עוֹד אֶלָּא שֶׁכָּל הַנּוֹתֵן פְּרוּטָה
לְעָנִי מַעֲלֶה עָלָיו הַכָּתוּב כְּאִלּוּ בָּנָה הַמִּזְבֵּחַ וְהִקְרִיב עָלָיו
קָרְבָּן ׃ לְפִי שֶׁבִּזְמַן שֶׁבֵּית הַמִּקְדָּשׁ קַיָּים אָדָם נוֹתֵן שִׁקְלוֹ
וּמִתְכַּפֵּר לוֹ ׃ וְעַכְשָׁו שֶׁגָּרְמוּ עֲוֹנוֹתֵינוּ וְאֵין לָנוּ בֵּית
הַמִּקְדָּשׁ קַיָּים אָדָם נוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי וּמִתְכַּפֵּר לוֹ עַל כָּל
פְּשָׁעָיו ׃ אָמַר רַבִּי יוֹסֵי בּוֹא וּרְאֵה שֶׁאֵין כְּמִדּוֹת בָּשָׂר וָדָם
מִדּוֹתָיו שֶׁל הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא ׃ מִדּוֹת בָּשָׂר וָדָם אָדָם
מֵבִיא דּוֹרוֹן לַמֶּלֶךְ סָפֵק מְקַבְּלִין מִמֶּנּוּ סָפֵק אֵין מְקַבְּלִין
מִמֶּנּוּ ׃ וְאִם תֹּאמַר שֶׁמְּקַבְּלִין מִמֶּנּוּ סָפֵק רוֹאֶה פְּנֵי
הַמֶּלֶךְ סָפֵק אֵינוֹ רוֹאֶה פְּנֵי הַמֶּלֶךְ ׃ וְאִם תֹּאמַר שֶׁרוֹאֶה
פְּנֵי הַמֶּלֶךְ סָפֵק עוֹשֶׂה רְצוֹנוֹ סָפֵק אֵין עוֹשֶׂה רְצוֹנוֹ ׃ וְאִם
עוֹשֶׂה לוֹ רְצוֹנוֹ סָפֵק יוֹצֵא בְּשָׁלוֹם סָפֵק אֵין יוֹצֵא בְּשָׁלוֹם ׃
אֲבָל הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא אֵינוֹ כֵּן שֶׁהַנּוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי רוֹאֶה
פָּנָיו שֶׁל הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא שֶׁנֶּאֱמַר אֲנִי בְּצֶדֶק אֶחֱזֶה פָנֶיךָ
אֶשְׂבְּעָה בְהָקִיץ תְּמוּנָתֶךָ ׃ אָמְרוּ עָלָיו עַל דָּוִד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל
שֶׁבְּכָל יוֹם וָיוֹם הָיָה נוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי ׃ וּכְמוֹ כֵן שֶׁהָיָה
נִכְנָס לְבָתֵּי כְּנֵסִיּוֹת וּלְבָתֵּי מִדְרָשׁוֹת הָיָה נוֹתֵן צְדָקָה וְאוֹמֵר
אֲנִי בְּצֶדֶק אֶחֱזֶה פָנֶיךָ אֶשְׂבְּעָה בְהָקִיץ תְּמוּנָתֶךָ ׃ וְהַנּוֹתֵן
צְדָקָה לְעָנִי צָרִיךְ לְפַיְּיסוֹ בִּדְבָרִים לְפִי שֶׁהַנּוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי
מְבֹרָךְ בְּשֵׁשׁ בְּרָכוֹת ׃ וְאֵלּוּ הֵן אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ
וַאֲרֻכָתְךָ מְהֵרָה תִצְמָח וְהָלַךְ לְפָנֶיךָ צִדְקֶךָ כְּבוֹד יְיָ יַאַסְפֶךָ
׃ אָז תִּקְרָא וַיְיָ יַעֲנֶה תְּשַׁוַּע וְיֹאמַר הִנֵּנִי אִם תָּסִיר מִתּוֹכְךָ
מוֹטָה שְׁלַח אֶצְבַּע וְדַבֶּר אָוֶן ׃ הֲרֵי בְּכָאן שֵׁשׁ בְּרָכוֹת וְעוֹד
אָמְרוּ שֶׁהַנּוֹתֵן צְדָקָה לְעָנִי וּמְפַיְּיסוֹ בִּדְבָרִים מִתְבָּרֵךְ בִּשְׁלֹשׁ
עֶשְׂרֵה בְּרָכוֹת ׃ וְאֵלּוּ הֵן וְתָפֵק לָרָעֵב לַחְמֶךָ וְנֶפֶשׁ נַעֲנָה
תַּשְׂבִּיעַ וְזָרַח בַּחֹשֶׁךְ אוֹרֶךָ וַאֲפֵלָתְךָ כַּצָּהֳרָיִם ׃ וְנָחֲךָ יְיָ

תָּמִיד

תמיד והשביע בצחצחות נפשך ועצמותיך יחליץ והיית
כגן רוה וכמוצא מים אשר לא יכזבו מימיו ׃ ובנו ממך
חרבות עולם מוסדי דור ודור תקומם וקורא לך גודר פרץ
משובב נתיבות לשבת ׃ וכל הנותן צדקה לעני צריך
לפייסו בדברים וליתן לו בסתר מפני שגדולה העושה צ
צדקה בסתר יותר ממשה רבינו עליו השלום ׃ שהרי
במשה כתיב כי יגורתי מפני האף והחמה ׃ ובנותן צדקה
לעני בסתר כתיב מתן בסתר יכפה אף ואין אף של כאן
אלא מלאך המות שכן מצינו בבנימין הצדיק שבכל עת
היה נותן צדקה בסתר ונרפא מחליו שכפה את מלאך
המות בצדקותיו ׃ ואף מלאך המות הלך מביתו שלא היה
יכול לשלוט עליו והוסיפו לו על שניו עשרים ושתים שנה
מפני שבנימין הצדיק היה ממונה על קופה של צדקה
ובאה לו אשה אחת ושבעה בניה ואמרה לו רבי פרנסני
אמר אין בקופה של צדקה כלום אמרה לו ואם אין
אתה מפרנסני הרי אני ובני מתים מיד עמד ופרנסה
משלו בסתר ׃ לימים חלה בנימין הצדיק ונטה למות
אמרו מלאכי השרת לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של ע
עולם אתה אמרת שכל המקיים נפש אחת מישראל כאלו
מקיים כל העולם כולו ׃ וזה בנימין הצדיק החיה האלמנה
ושבעה בניה ונתן להם צדקה בסתר הרי הוא מצטער
בצער מיתה בקשו עליו רחמים מלאכי השרת וקרעו גזר
דינו של מיתה והוסיפו על שנותיו שנים ועשרים שנה ׃
ולפיכך אל תמנע ידך מליתן צדקה ׃ ומי שאין בידו
לתת לו כלום צריך לפייסו בדברים ׃ ולנחמו מעניותו
ושיאמר לו המקום ירחם עליך וכל מי שיש בידו ליתן ו

ונותן

ונותן לו ומפייסו בדברים   מתברך בשלש עשרה ברכות
ומאריכין לו חייו ומוסיפין לו על שנותיו וניצל ממיתת
משונה ומדינה של גיהנם · והויין לו בנים זכרים ונותנין
צדקה ובעלי חכמה ובעלי עצה ובעלי תורה ובעלי מדות
טובות ומקיימין כל המצות שבעולם וניצל מן הנחשים
ומן העקרבים ומן המזיקין ומכל מיני משחית   שפעם
אחת היו יוצאין יוכח ועוזיאל בדרך וראו שני עניים   ב
באים מן היער ועצים על ראשם אמר לו יוכח עוזיאל אני
רואה בכאן נער ועצים על ראשו ובתוך העצים עקרב ולא
רשות לעקרב לנשוך אותו   קרא לנער ואמר לו יש לך
בזו הדרך שום צדקה · אמר לו נער אחד הלך עמי לבית
הכנסת והיה יתום ולא היה לו לאכול ומפתי נתתי לו   ל
לאכול ואכל עמי ביחד ·   אמרו לו אשריך שנצלת מן
המיתה והיינו דאמר בן סירא ידך מן טובתא לא תמנע

EXPOSITIO.

NVnquàm prohibeas manum tuam ab impertiendo aliquid egeno, etiam ſi tantum numus ſit. Nec nunꝗ abſcondas aurem tuam à clamore & petitione eius. Quicunq; enim prohibet manum ſuam, ſic ut ne uel numũ impertiat pauperi, huic & Deus ſanctus benedictus, non rependet bonum. Quin & ſi diues fuerit, ad paupertatẽ eum rediget. Diuitiæ ſiquidem denarijs comparantur, qui rotæ inſtar nunc huc, nunc illuc migrãt. Sic quoq; & diuitiæ ſe habẽt, inſtabiles enim ſunt, quas modo ille, modo alius poſſidet. Omnis item qui abſcondit oculos ſuos à clamore inopis, erit quãdo & ipſe calamitate preſſus, clamauerit, nec exaudietur. Ei uero qui eleemoſinam tribuit pauperi, etiã Deus tribuet iuſtitiam, ſicut patet ex iſto loco ſcripturæ,

Prouerb.21. Qui sectatur iustitiam & pietatē, inueniet uitam, iustitiam, & honorem. Neq; hoc tantum illi bonum cōtinget. Quin quisquis est qui uel numum largitur indigenti, huic imputat scriptura, perinde ac si altare in quo Deo sacrificia imolet extruxerit. Olim enim cum domus sanctuarij adhuc extaret, quisq; siclum pro expiandis peccatis suis expendebat. Modo uero cum propter peccata nostra non amplius superest sanctuarium, homo cum largitur eleemosinam pauperi, meretur peccatorum suorum expiationē. Qua de re Rabbi Iose sic inquit. Expende & deprehendes diuersum esse ingenium diuinum ab humano. Cum hominibus etenim res sic se habet, si quis Regi munus offert, dubium est, num sit accepturus nec ne. Et si non est dubiū quin accipiat, incertum tamē est, num qui munus adfert, faciem regis conspecturus sit nec ne. Quod si ea de re non est dubiū. Tamē dubius animi pendet, num rex sit eum facturus cōpotem uotorum suorum nec ne. Sed longe aliter se res habet cum Deo, Quicunq; enim eleemosynam largitur egeno, is utiq; uidet faciem Dei, iuxta id quod dicitur, In iusti-

Psal.17. tia uidebo vultus tuos, satiabor cum euigilarit similitudo tua. Ferunt de Dauide rege Israël, quod singulis diebus eleemosynam pauperibus præstiterit. Idq; semper quoties ingrederetur uel synagogam uel scholam, sic inquiēs, Ego in iustitia uidebo vultus tuos, satiabor cum euigilarit similitudo tua. Ei uero qui eleemosynam impertit indigenti, necesse quoq; est, ut blande eum alloquatur: hinc enim sex

Esa.58. illi adueniunt benedictiones, hæ nempe. Tunc proferetur quasi aurora lux tua. Et sanitas tua uelociter crescet, & ibit ante te iustitia tua, & gloria Domini colliget te, Tunc inuocabis, & Dominus respondebit: clamabis & ille dicet, ecce adsum: Si abstuleris de medio tui onus, & (cessaueris) emittere digitum & loqui inutile. Porrò qui præstat eleemosynam pauperi, simulatq; blandis uerbis eum cōsolatur, hūc

adse-

adſequi adſerũt. 13. benedictiones, quæ ſunt hæ. Si protule ris eſuriẽti animam tuam, & animam afflictam ſatiaueris, orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit ſicut meridies. Et deducet te dominus ſemper, & ſaturabit animam tuam cum ſiccitates fuerint, atq; eripiet oſſa tua: & eris ſicut hortus irriguus, & ſicut ſcaturigo aquarum, quæ aquas ſuas nunquam denegant. Et reparabuntur per te deſerta ſæculi, fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis, & uocaberis reperator ruinarum, & reductor ſemitarum quas inhabitent. Omni item qui eleemoſynam largitur pauperi, neceſſe eſt, primum, ut amice quoque eum appellet. Alterum, ut id clam faciat. Qui enim hoc facit, maior eſt Moſe (pię memorię,) De Moſe etenim ſcriptura ſic dicit. Timui enim à facie iræ & furoris. De eo uero qui eleemoſynam egeno in occulto præſtat, ſcriptura dicit, Munus in ſecreto (datum) placat furorẽ. Neq; iſtiuſmodi furorem tantum, ſed & furorẽ Angeli, qui pręeſt morti. Sic etenim legimus, de Beniamin iuſto, quod omni tempore dederit eleemoſynã, & liberatus fuerit morbo quo laborabat. Effecit enim eleemoſinis ſuis, ut angelus mortis qui in domum illius uenerat, ut eum uita priuaret, re infecta, domo iterum diſcederet: adiectiq; fuere ad uitam eius. 22. anni. Quod beneficiũ hoc pacto cõmeruit. Cum præfectus eſſet gazophilacio, accidit, ut ueniret ad eum muliercula, cui ſeptem erant filij, rogãs, ut inde ſuſtentaret eam, cui cum ille reſponderet nihil quicquam eſſe in gazophilacio, iterum dixit ad eum, tu ergo me paſcas de tuo, aliàs cum filijs meis fame peribo. Hoc audito, ſine ulla mora clam de ſuo cibauit eã. Accidit autem poſt aliquot dies, ut Beniamin iuſtus ad mortem uſq; egrotaret, de quo angeli miniſtratorij coram Deo ſic dixere. Domine mundi, tu dixiſti. Si quis conſeruauerit animam Iſraëlitę, perinde eſſe, ac ſi quis totum mundũ conſeruet. Iam Beniamin iuſtus ille in uita cõſeruauit uiduam cũ ſeptẽ filijs, clam dans eis eleemoſynam, is inquàm mo-

Eſa. 58. *Deut. 2.* *Prouerb. 21.*

do aduersa ualetudine ad mortē usq; laborat: ista interpellatione, angeli uitam ei à deo impetrauerunt, sic ut sententia mortis quę contra illum lata erat, suspenderetur: additis simulatq; ad uitam eius .22. annis. Hæc itaq; cum ita se habeant, fac nunquàm à dando eleemosynā abstineas. Quod si tibi non suppetit facultas, da operam ut uel bonis uerbis pauperē places atq; consoleris, ut æquanimiter ferat suam paupertatem, precando illi à Deo misericordiā. Quicunq; enim de suo quod habet, egeno impertit, simulatq; uerbis eum consolatur: is meret̃ tredecim benedictiones, necnon & anni uitę eius prorogantur, liberaturq; à morte uiolenta, & gehennæ iudicio. Adhæc quoq; filios masculos acquirit, qui & ipsi misericordiæ student, præditi sapientia, consilio, studio legis, bonis uirtutibus, nullis non bonis semper parentes legibus. Talis etiam misericors custoditur, ut nō lædatur à serpentibus, scorpionibus, noxijs demonibus, & ab omni eo quod aliquo modo nocere potest. Id quod ex isto euentu facile discere licebit. Accidit semel, ut Ioseph & Vziel unà iter facerent, qui cum uiderent duos pauperes è sylua procedentes, qui in capite ligna gestarēt: dixit Ioseph ad Vzielem. Ego certe hic uideo adolescētem, qui in lignis quæ in capite gestat, serpentē habet. Cunq; uideret eum nō lædi à scorpione, accersito ad se adolescente interrogauit, Num aliquando in hac uia alicui eleemosynam dedisset, Cui respondit adolescens, se pupillo cuidā qui secum ingressus fuisset synagogā, nec habuisset unde uiueret, de suo panem edendum cōmunicasse: quo audito dixerunt ad eum, Beatus es tu, hinc enim à morte liberatus es. Hoc est, quod monet Ben Syra. Manum tuam à benefaciendo nunquàm abstrahas.

בלתא עלתה לגיננא ולא ידעה מה יא
מטי לה׃

Sponſa aſcendit in thalamum, necꝙ nouit quid euen- XI
turum eſſet ſibi.

פירוש

לעולם אל יאמר אדם שום דבר אלא בגוזר השם ׳ ההוא
אדם שהיה אומר למחר אשב עם ארוסתי בחופה ואדבק
עמה אמרו לו אמור אם גוזר השם ׳ אמר להם אם יגזור
אם לא יגזור אני אשב עם ארוסתי למחר בחופתי ׳ וכן
עשה בכנס עם ארוסתו לחופה וישב עמה כל היום ובלילה
עלו שניהם למטה וקודם שיזקק עם ארוסתו מתו שניהם
׳ למחר מצאו אותם מתים זה עם זה ׳ אמרו קושטא
אמר בן סירא כלתא עלתה לגננא ולא ידעה מאי מ
מטי לה ׃ מכאן אמרו כל הרוצה לעשות שום דבר
יאמר אם גוזר השם ׳ ואם אינו אומר לא יצלח לעולם ׃

EXPOSITIO.

NVnquàm dicat homo ſe quippiã facturũ, niſi prius dixerit, Si Deus uoluerit. Exemplũ cape de quodam homine, qui cum diceret. Cras ſedebo cum ſponſa mea in thalamo: iungamꝙ cum eo cõnubia. Dixerũt ad eum. Dic, ſi Deus uoluerit. Reſpondit eis, ſiue uelit, ſiue nolit Deus. Ego ſedebo cum ſponſa mea cras in thalamo meo. Seditꝙ cum ea tota die. Nocte uero cum irent cubitũ, priuſquàm cum eo rem haberet, mortui ſunt ambo. Quos cũ mortuos inueniſſent: dixerũt, Vere dixit Ben Syra. Sponſa aſcendit ad Thalamũ, necꝙ nouit quid accideret ſibi. Hinc dixerunt. Quicunꝙ cupit aliquid facere, prius dicat, Volente Deo. Sin, nunquàm fœliciter ſuccedet quod conabitur.

יב לחכימא ברמיזא ולשטיא בכורמיזא ׃

XII Sapientem nutu,& fatuum fuſte(caſtigabis)

פירוש

לעולם לא יעשה אדם כלום עם שוטה שאם נפל בידו ב
כלום כתוב אותו בקרן הצבי שלא תראינו לעולם ואם יש
לך כלום אצל השוטה לא תפייס אותו ואל תדבר לו ב
בלשון רכה אלא בחזקה במקל דבר לו ובמקל תשול ממנו
כל מה שיש לך אצלו ואל תאמר לו כלום ברמז שלא
ישמע ממך ׃ שכך מצינו ביהוא בן נמשי מלך ישראל
שהיה שוטה ביותר וכיון ששלח אלישע עליו השלום את
יונה בן אמתי למשוח את יהוא למלך לא בא אליו אלא
ברמז וכיון שהלך יונה ומצאו שהיה יושב במסיבה עמד
לפתח הבית רמז לו ולא הבין ׃ והיה מדבר לו ולא היה
שומע ואשר יושבין סביביו היו שומעין והוא לא שמע
מאומה עד שנטל מקל והלע אחד ומיד שמע ולא יצא
מפניו שהיה עצל אלא אמר לו אל מי מכולנו ויאמר
אליך השר ׃ ומבין שהיה משוגע שנאמר והמנהג
כמנהג יהוא בן נמשי כי בשגעון ינהג ׃ והחכם ברמז
ידע כל מה שבלבך ולפיכך לא תעשה לשוטה רמז אלא
במקל שכך אמר בן סירא לחכימא ברמיזא ולשטיא
בכורמיזא ׃

EXPOSITIO.

NVnquàm tibi quicquàm negotij ſit cum homine fatuo: ſi enim illi quippiam in manum uenerit, cornu Cerui inſcribito, eò quod nunquàm ſis uiſurus. Fatuus item, ſi quid habet quod tuum eſt, quod ab illo tibi reſtitutum uelis, non eſt ut te hoc ipſum ab eo habiturum ſperes, ſi amice

ſi amice & blande illi loquaris, Imo ui & uerberibus opus eſt. Neq; eſt quod putes illum te auditurum, ſi ei recte loquaris. In cuius rei exemplũ, tibi proferimus Iehu filium Nimſi, regem Iſraël, qui plane ſtultus erat. Cum enim mitteret ad eum Eliſæus (piæ memoriæ) Ionam filium Amitthæi, ut ungeret Iehu in regem, uenit ad eum occulto quodam modo, quem cum inueniret ſedentem in conſeſſu ſodalium, ſtetit ad fores domus, ſigno quodam illum ad ſe euocans, quod tamen ille nec quicquam animaduertebat: Neq; cũ deinceps loqueretur illi propheta, intellexit: ſed citius eo, qui aſsidebant ei, quid uellet propheta, intelligebãt. Ipſe enim tam ſtupidus erat, ut non attenderet quid propheta uellet, donec arreptum baculum poſt illum proijceret, tum enim demum intellexit: & tamen tam piger erat, ut nõ ſtatim ad prophetã egrederetur, ſed dicebat ad eum. Ad quem ex nobis omnibus? cui ille reſpõdit, ad te ô princeps. Quod ſi noſce deſyderas, unde nam colligat, eum furioſum fuiſſe, ſcias ex eo iſtuc patere, quod ſcriptura dicit. Eſt autem aurigatio, quaſi aurigatio Iehu, quoniam inſania ducit currum. Cæterum qui ſapiens eſt, uel nutu facile intelligit, quid in animo habeas, cum ſtulto autẽ nihil niſi uerberibus efficies. Atq; hoc ſibi uult Ben Syra hoc dicto. Sapientem nutu, ſtultum fuſte (caſtigabis)

2.Reg.9.

2.Reg.9.

מוקיר מבסרוהי דאמי לחמרא ׃ יג

Qui honorat inimicum ſuum, ſimilis eſt aſino. XIII

פירוש

לעולם אל תכבד את הרשעים ואל תכבד את מי שמבזה אוהד ׃ שהרי אחאב בן עמרי הלך יכבד את בן הדד מלך ארם הרשע ודומה אמר לו הנביא לך ותהרוג את בן הדד והלך אליו ולא רצה להרגו אלא החייהו וכבדו ביותר

מרוב

מרוב האהבה שאהב אותו כרת עמו ברית ונתן לו עיירות
כל ראמות גלעד והשיבו למלכותו והוא היה רשע גמור
שמבזה את מי שמכבד אותו , ולימים חשב בלבו מפני
מה מכבד אותי אחאב בן עמרי אלא מפני שהוא ירא
ממני והפר את הברית אשר כרת עמו ולא זכר אותו ר
רשע את הטובות שגמל לו ואת אהבתו שהיה מכבדו
ביותר ומרד בו ומיד יצא עליו למלחמה ולא עוד אלא
אלא שצוה לשרי הרכב לא תלחמו את קטן ואת גדול
עד שנהרג המלך וכן עשו עבדיו והרגו את אחאב בן ע
עמרי ושלם לו רעות תחת טובות , ועל כן יאמרו
המושלים כל המכבד את אויבו לימים מת על ידו ולזה
בן אירע , ואף שאול מלך ישראל כשחמל על אגג
והחייה אותו וכבדו ביותר על כן יצא ממנו המן הרשע
שבקש להרוג ולאבד את כל היהודים ולא חמל עליהם
ולא זכר רחמי שאול שחמל על אגג זקנו , ועוד מעשה
באדם אחד עשיר גדול ולא היה לו מי שיורש אותו והיה
גוי ונתיעץ בלבו ואמר אשול זה היתום ואגדלנו עמי ו
ויהיה לי זכות ממנו מיד עשה כן וישב אותו יתום עמו
עשרים ושלש שנים ועמד בכל צרכיו וכיון שראה אותו
יתום כל נכסיו וכל עושר ביתו אמר עתה ימות זה ואירש
כל נכסיו , יום אחד חשב בלבו מחשבה רעה ואמר
אהרוג אותו ואת אשתו וישאר הכל בידי והיו מתקנין ח
קדרה אחת לסעודה ונתן לתוכה כם המות ואכלו ממנה
הוא ואשתו ומתו שניהם והוא לא ריחם עליהם כמו
שרחמו הם עליו ולא זכר החסד שעשו עמו ולא תאמר
שזה הגוי עשה כך ולא אחר , אלא אחד מגדולי ישראל
עשה

עשה כך שהרי יואש מלך ישראל עשה כך ליהוידע הכהן
בטל ובשא עמו כל הכתוב עליו בעביינו והרג את זכריה
בנו ולא זכר חסד אביו   ולפיכך אמר בן סירא מוקיר
מבסרוהי דאמי לחמרא   ואין מבסרוהי אלא בוזים אותו
שכן תרגום כי דבר ה׳ בזה אריי פתגמא דה׳ בסר ׃

EXPOSITIO.

NVnq; honore afficias homines impios, atq; eum qui despicit te. Cuius rei exemplũ accipe de Achab rege, filio Amri. Is enim cũ abiret ad Benhadad, impiũ regem Syriæ, honorãdi causa, admonitus fuit à propheta, ut occideret eum. Qui prophetæ non obtemperans, non tantum nõ interfecit eum, sed & in uita conseruatũ, ex nimio amore quo prosequebatur eum, fœdus cum eo iniJt: dans ei ciuitates totius Ramoth Gilead, nec nõ & restituens illi regnum suum. Quam tamen amicitiam (Benhadad) quia plane impius erat, adeo non agnouit, ut Achab fœdissime contemneret. Accidit enim temporis progressu, ut Benhadad sic apud se cogitaret. Quam ob causam honoribus me ita afficit Achab filius Amri? nisi quod sibi à me timet. Fracto q; fœdere quod cum illo pepegerat, oblitus omniũ beneficiorum, nec non & amoris, quo ipsum, Achab, non sine honoris exhibitione prosequutus fuerat: deficiens ab eo, mox bellum contra eum suscepit. Nec tantũ hoc malũ fecit, quin & principibus qui super currus cõstituti erant, præcepit, ut cõtra nullũ alium qualẽcunq; uel magnũ uel paruum pugnarent, donec rex interfectus esset. Quod illi facientes, regem occiderunt, atq; ita rependit ei mala pro bonis. Hinc ergo dixerunt parabolarum authores. Quicunq; honorat inimicum suum, tandem futurum est, ut ab eo occidatur: id quod accidit regi Achab. Sic quoq; & Saul rex Israël, quod pepercisset Agag, in uita eũ conseruando,

